

LITTERAE APOSTOLICAE


MOTU PROPRIO DATAE

AD VENERABILES FRATRES
PATRIARCHAS ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS
CETEROSQUE LOCORUM HIERARCHAS
ECCLESIAE ORIENTALIS
PACEM ET COMMUNIONEM
CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES

DE DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII
PRO ECCLESIA ORIENTALI

ADNOTATIONIBUS FONTIUM AUCTAE
CURA
PONTIFICII CONSILII
CODICI IURIS CANONICI ORIENTALIS
REDIGENDO

MCMLVII



LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE *

AD VENERABILES FRATRES PATRIARCHAS, ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, CETEROSQUE LOCORUM HIERARCHAS ECCLESIAE ORIENTALIS, PACEM ET COMMUNIONEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES: DE DISCIPLINA SACRAMENTI MATRIMONII PRO ECCLESIA ORIENTALI.

PIUS PP. XII

Crebrae allatae sunt Nobis, praesertim postremis hisce annis, tum a Legatis Nostris tum a sacerorum Antistitibus Orientalis Ecclesiae supplicationes, per quas rogabamur, ut, instantibus votis annuentes, dum codificatio legum Ecclesiae Orientalis haud multum abest, ut absolva-
tur, earundem legum singularia quaedam capita, magni quidem momenti, nulla interposita mora promulgaremus, ut gravibus et perniciosis rerum adiunctis, in quibus nonnullae Christi ovilis partes orientali ritu utentes versarentur, efficaci praesidio obviam iremus.

Nos igitur, attente et cogitate omnibus in Domino perpensis, motu proprio, certa scientia ac de Apostolicae plenitudine potestatis statuimus ac decrevimus eos canones iam nunc publicare, qui ad sacramenti matrimonii disciplinam spectant.

Iam initio, cum ad Codicem conficiendum prima conferrentur studia, Petrus S. R. E. Presbyter Cardinalis Gasparri, Consilii Praeses Codici canonico Orientalis Ecclesiae praeparando, ob oculos habitis facilitate et frequentia necessitudinum, quas orbis terrarum populi et nationes ob nostrae aetatis expeditissimum com meatum inter se nectunt, litteris die xv mensis Septembris anno MCMXXX datis, sacros Orientalis Ecclesiae Pastores consulbat, ab iisdem petens an in expletionem optatorum multis e locis Apostolicae Sedi explicatorum expedire videretur, ut, quoad fieri posset, ecclesiastica disciplina ad matrimonialia impedimenta et ad formam ineundi nuptialis foederis pertinens unius tenoris redderetur; idque posebatur, quia ob memoratam eundi et remeandi facilitatem crebriores habebantur inter homines mixti ritus nuptiae necnon eo proposito, ut incertitudines de matrimoniorum validitate, eorum sanctitati nocentes, penitus auferrentur.

* Ex *Actis Apostolicae Sedis*, an. 1949, n. 3.

Consilium igitur Orientalis Ecclesiae Codici canonico conficiendo, debita attentione libratis responsis, ferme cunctis asseverantibus, eorundem sacrorum Pastorum, postquam haec fel. mem. Summo Pontifici proximo Decessori Nostro retulit, adprobationi Nostrae hos canones proposuit, quos Nos Apostolica auctoritate Nostra comprobamus :

DE SACRAMENTO MATRIMONII

Can. 1

§ 1. Christus Dominus ad sacramenti dignitatem evexit ipsum contractum matrimonialem inter baptizatos.

§ 2. Quare inter baptizatos nequit matrimonialis contractus validus consistere, quin sit eo ipso sacramentum.

Can. 2

§ 1. Matrimonii finis primarius est procreatio atque educatio prolis ; secundarius mutuuum adiutorium et remedium concupiscentiae.

§ 2. Essentiales matrimonii proprietates sunt unitas et indissolubilitas, quae in matrimonio christiano peculiarem obtinent firmitatem ratione sacramenti.

Can. 3

Matrimonium gaudet favore iuris ; quare in dubio standum est pro validitate matrimonii, donec contrarium probetur, salvo praescripto can. 116.

Can. 1 § 1. — Syn. Trident., sess. VII, *De sacramentis in genere*, can. 1 ; sess. XXIV, *De matrimonio*, prooemium, can. 1 ; Professio fidei (in Syn. Lugdunen. II) a Michaële Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274 ; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16 ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880.

§ 2. — Syn. Trident., sess. VII, *De sacramentis in genere*, can. 1 ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

Can. 2 § 1. — Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16 ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; Pius XI, litt. encycl. *Casti connubii*, 31 dec. 1930, I ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

§ 2. — Syn. Trident., sess. XXIV, *De matrimonio*, can. 2 ; *De ref. matrim.*, c. 1, 7 ; S. Gregorius Magnus, litt. *Magnas omnipotenti*, a. 601 ; Professio fidei (in Syn. Lugdunen. II) a Michaële Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274 ; Benedictus XII, a. 1341, prop. 102, Armenorum, damn. ; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16 ; Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 5 ; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VIII, n. II ; ep. *Nuper ad nos*, 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praescr. ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; Pius XI, litt. encycl. *Casti connubii*, 31 dec. 1930, I ; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858 ; instr. 31 iul. 1902, n. 1, f.

Can. 3. — S. C. S. Off., 18 mart. 1903, ad 2.

Can. 4

§ 1. Matrimonium baptizatorum validum dicitur *ratum*, si nondum consummatione completum est; *ratum et consummatum*, si inter coniuges locum habuerit coniugalis actus, ad quem natura sua ordinatur contractus matrimonialis et quo coniuges fiunt una caro.

§ 2. Celebrato matrimonio, si coniuges simul cohabitaverint, praesumitur consummatio, donec contrarium probetur.

§ 3. Matrimonium inter non baptizatos valide celebratum, dicitur *legitimum*.

§ 4. Matrimonium invalidum dicitur *putativum*, si in bona fide ab una saltem parte celebratum fuerit coram Ecclesia, donec utraque pars de eiusdem nullitate certa evadat.

Can. 5.

Baptizatorum matrimonium regitur iure non solum divino, sed etiam canonico, salva competentia civilis potestatis circa mere civiles eiusdem matrimonii effectus.

Can. 6

§ 1. Matrimonii promissio, etsi bilateralis seu sponsalitia, irrita est in utroque foro, nisi facta fuerit coram parochio aut loci Hierarcha aut sacerdote cui ab alterutro facta sit facultas assistendi.

§ 2. 1^o Matrimonii promissioni valide assistit idem parochus vel loci Hierarcha aut sacerdos ab alterutro designatus qui ex praescripto can. 86, 87 matrimonio valide assistit;

2^o Ille qui matrimonii promissioni assistit obligatione tenetur curandi ut eius celebratio in libro sponsalium adnotetur.

§ 3. At ex matrimonii promissione non datur actio ad petendam matrimonii celebrationem; datur tamen ad reparationem damnorum, si qua debeatur.

Can. 7

Sacerdos promissioni matrimonii assistens, sponsis catholicis benedictionem in libris liturgicis praescriptam impertire, si ius particulare id ferat, ne omittat.

Can. 5. — Pius VI const. *Auctorem fidei*, 28 aug. 1794, prop. 58, Synodi Pistorien., damn.; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880.

Can. 6. — S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XXII. — Syn. Armen., a. 1911, 547-553, 577, 3^o; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 1; Syn. Libanon. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 3; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 1; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 20; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 1, *De sponsalibus*; § 2, *De dissolutione sponsalium*.

§ 3. — Syn. Ancyran., a. 314, can. 11; Syn. Trullan., a. 691, can. 98; S. Basilius M., can. 22. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 3, III; Syn. Libanon. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 9, III; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 3.

Can. 8

Parochus ne omittat populum prudenter erudire de matrimonii sacramento eiusque impedimentis.

CAPUT I

De iis quae matrimonii celebrationi praemitti debent
et praesertim de publicationibus matrimonialibus

Can. 9

§ 1. Antequam matrimonium celebretur, constare debet nihil eius validae ac licitae celebrationi obsistere.

§ 2. In periculo mortis, si aliae probationes haberi nequeant, satis est, nisi contraria adsint indicia, ut contrahere volentes iureiurando affirmant se baptizatos fuisse et nullo detineri impedimento.

Can. 10

§ 1. Parochus cui ius est assistendi matrimonio, opportuno antea tempore, diligenter investiget num matrimonio contrahendo aliquid obstet.

§ 2. Tum sponsum tum sponsam etiam seorsum et caute interroget num aliquo detineantur impedimento, num consensum libere, praesertim mulier, praestent, et num in doctrina christiana sufficienter instructi sint, nisi ob personarum qualitatem haec ultima interrogatio inutilis appareat.

§ 3. Hierarchae loci est peculiare normas de parochi investigatione huiusmodi dare.

Can. 11

§ 1. Nisi baptismus collatus fuerit in ipso suo territorio, parochus exigit baptismi testimonium ab utraque parte, vel a parte tantum catholica, si agatur de matrimonio contrahendo cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

De iis quae matrimonii celebrationi praemitti debent et praesertim de publicationibus matrimonialibus. — S. C. S. Off., instr. (ad Episcopos Orientales), 22 aug. 1890. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 6, 7, 20-25; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, §§ 34, 35, 36.

Can. 9. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 5; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, n. VI.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide, ep. (ad Ep. Nicopolitan.), 25 ian. 1817.

Can. 10. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, IV; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 27; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, nn. IV, VI, VII.

Can. 10 § 2. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, V; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 3 et 8; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. III, 12.

§ 2. Catholici qui sacramentum chrismatis nondum receperunt, illud, antequam ad matrimonium admittantur, recipiant, si id possint sine gravi incommodo.

Can. 12

Publice a parochio denuntietur inter quosnam matrimonium sit contrahendum, iure particulari id ferente.

Can. 13

§ 1. Matrimoniorum publicationes fieri debent a proprio sponsorum parochio.

§ 2. Si pars alio in loco per sex menses commorata sit post adeptam pubertatem, parochus rem exponat Hierarchae, qui pro sua prudentia vel publicationes inibi faciendas exigat, vel alias probationes seu indicia super status libertate colligendas praescribat.

§ 3. Si qua sit suspicio de contracto impedimento, parochus, etiamsi brevior fuerit commoratio, consulat Hierarcham, qui matrimonium ne permittat, nisi prius suspicio, ad normam § 2, removeatur.

Can. 14

Publicationes fiant tribus continuis diebus dominicis aliisque festis de praecepto in ecclesia, inter divina officia ad quae populus frequens accedat.

Can. 15

Potest loci Hierarcha pro suo territorio publicationibus substituere publicam, ad valvas ecclesiae parochialis aliusve ecclesiae, affixionem nominum contrahentium per spatium saltem octo dierum, ita tamen ut, hoc spatio, duo dies festi de praecepto comprehendantur.

Can. 16

Publicationes ne fiant pro matrimoniis quae contrahuntur cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus aut mixtae religionis, nisi loci Hierarcha pro sua prudentia, remoto scandalo, eas permittere oppor-

Can. 12. — S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863, D. a. — Syn. Sergii Patriarchae Maronitarum, 18 sept. 1596, can. XIV; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8.

Can. 13. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 3; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, §§ 28, 29, 30; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8.

§ 1. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Orient.), 22 aug. 1890, n. 2.

§ 2. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Orient.), 22 aug. 1890, n. 2.

Can. 14. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 3; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 27; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8.

Can. 16. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858: « Quod si... ». — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. IX, De matrimoniis mixtis.

tunum duxerit, dummodo Apostolica dispensatio, salvo praescripto can. 32, praecesserit et mentio omittatur religionis partis non catholicae.

Can. 17

Omnes fideles obligatione tenentur impedimenta, si qua norint, parochi aut loci Hierarchae, ante matrimonii celebrationem, revelandi.

Can. 18

§ 1. Loci Hierarcha proprius pro suo prudenti iudicio potest, ex legitima causa, a publicationibus etiam in aliena eparchia faciendis dispensare.

§ 2. Si plures sint Hierarchae proprii, illius est dispensare in cuius eparchia matrimonium celebratur; quod si matrimonium extra proprias ineatur eparchias, cuiuslibet Hierarchae proprii.

Can. 19

Si alius parochus investigationem aut publicationes peregerit, de harum exitu statim per authenticum documentum certiore faciat parochum, qui matrimonio assistere debet.

Can. 20

§ 1. Peractis investigationibus et publicationibus, parochus matrimonio ne assistat, antequam omnia documenta necessaria receperit, et praeterea, nisi rationabilis causa aliud postulet, tres dies decurrerint ab ultima publicatione.

§ 2. Si intra sex menses matrimonium contractum non fuerit, publicationes repetantur, nisi aliud loci Hierarchae videatur.

Can. 21

§ 1. Exorto dubio de existentia alicuius impedimenti:

1^o Parochus rem accuratius investiget, interrogando sub iuramento duos saltem testes fide dignos, dummodo ne agatur de impedimento ex cuius notitia infamia partibus oriatur, et, si necesse fuerit, ipsas quoque partes;

Can. 18. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. IV, § 42.

Can. 20. — S. C. de Prop. Fide, decr. 15 mart. 1790, n. XV.

§ 2. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Orient.), 22 aug. 1890, n. 6.

Can. 21. — S. C. de Prop. Fide, decr. 15 mart. 1790, n. XV.

§ 1. — S. C. S. Off., instr. (ad Deleg. Ap. Aegypti), 13 ian. 1869; (Constantinop.), 2 apr. 1873; instr. (ad Ep. Orient.), 22 aug. 1890, nn. 3, 4, 8, 10, 11.

2° Publicationes peragat vel perficiat, si dubium ortum sit ante inceptas vel expletas publicationes ;

3° Matrimonio ne assistat, inconsulto Hierarcha, si dubium adhuc superesse prudenter iudicaverit.

§ 2. Detecto impedimento certo :

1° Si impedimentum sit occultum, parochus publicationes peragat vel absolvat, et rem deferat, reticens nomina, ad loci Hierarcham vel ad Sacram Poenitentiarium ;

2° Si sit publicum et detegatur ante inceptas publicationes, parochus ulterius ne procedat, donec impedimentum removeatur, etsi dispensationem pro foro conscientiae tantum obtentam norit ; si detegatur post primam aut secundam publicationem, parochus publicationes perficiat, et rem ad Hierarcham deferat.

§ 3. Demum si nullum detectum fuerit impedimentum, nec dubium nec certum, parochus, expletis publicationibus, ad matrimonii celebrationem partes admittat.

Can. 22

Matrimonio vagorum, eorum nempe qui nullibi domicilium vel quasi-domicilium habent, parochus, excepto casu necessitatis, ne assistat, nisi, re ad loci Hierarcham vel ad sacerdotem ab eo delegatum delata, licentiam assistendi obtinuerit.

Can. 23

Ne omittat parochus, secundum diversam personarum condicionem, sponso docere sanctitatem sacramenti matrimonii, mutuas coniugum obligationes et obligationes parentum erga prolem ; eosdemque vehementer adhortetur ut ante matrimonii celebrationem sua peccata diligenter confiteantur, et divinam Eucharistiam pie recipiant.

Can. 24

Parochus graviter filiosfamilias minores hortetur ne nuptias ineant, insciis aut rationabiliter invitis parentibus ; quod si abnuerint, eorum matrimonio ne assistat, nisi consulto prius loci Hierarcha.

Can. 22. — Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, n. VIII.

Can. 23. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, II ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 2 ; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 5 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, n. V.

Can. 24. — S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 9 — S. Basilius M., can. 22, 38, 40, 42. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, I ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 19 ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 9 ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarsien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 33 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 3, n. 8.

CAPUT II

De impedimentis in genere

Can. 25

Omnes possunt matrimonium contrahere, qui iure non prohibentur.

Can. 26

§ 1. Impedimentum *prohibens* secumfert grave vetitum contrahendi matrimonium; quod tamen irritum non redditur si, non obstante impedimento, contrahatur.

§ 2. Impedimentum *dirimens* et graviter prohibet matrimonium contrahendum, et impedit quominus valide contrahatur.

§ 3. Impedimentum, quamvis ex alterutra tantum parte se habeat, matrimonium tamen reddit aut illicitum aut invalidum.

Can. 27

Publicum censetur impedimentum quod publico ex facto oritur vel quod alio modo probari in foro externo potest; secus est occultum.

Can. 28

§ 1. Supremae tantum auctoritatis ecclesiasticae est authentice declarare quandonam ius divinum matrimonium prohibeat vel dirimat.

§ 2. Eidem supremae auctoritati tantum ius est alia impedimenta matrimonium prohibentia vel dirimentia pro baptizatis constituendi ad modum legis sive universalis sive particularis.

Can. 29

§ 1. Hierarchae locorum omnibus in suo territorio actu commorantibus et suis subditis etiam extra fines sui territorii vetare possunt matrimonia in casu peculiari, sed ad tempus tantum, iusta de causa eaque perdurante.

§ 2. Vetito clausulam dirimentem una Sedes Apostolica addere potest.

Can. 30

Consuetudo novum impedimentum inducens aut impedimentis existentibus contraria reprobatur.

Can. 25. — Professio fidei (in Syn. Lugdunen. II) a Michaële Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274. — Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8.

Can. 29. — Syn. Armen., a. 1911, 577, 2º.

§ 1. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasiens. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 32; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 6.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide (C. P.), 22 ian. 1629.

Can. 31

§ 1. Impedimenta gradus minoris sunt :

- 1° Consanguinitas in sexto gradu lineae obliquae ;
- 2° Affinitas de qua in can. 67, § 1, n. 1, in quarto gradu lineae obliquae : et illa de qua in eodem canone § 1, nn. 2, 3, in quovis gradu ;
- 3° Publica honestas in secundo gradu ;
- 4° Cognatio spiritualis ;
- 5° Tutela et cognatio legalis de quibus in can. 71 ;
- 6° Crimen ex adulterio cum promissione vel attentatione matrimonii etiam per civilem tantum actum.

§ 2. Cetera impedimenta dirimentia sunt maioris gradus.

Can. 32

§ 1. Salva ampliore facultate quae ex privilegio vel iure particulari iis competat, canonica causa suffragante, locorum Hierarchae, non autem Syncellus sine mandato speciali, dispensare possunt proprios subditos ab impedimentis prohibentibus, exceptis impedimentis provenientius ex mixta religione vel ex voto in professione minore seu simplici emisso in religione iuris pontificii vel patriarchalis, et a dirimentibus quae sequuntur :

- 1° Ab impedimento consanguinitatis in quinto et sexto gradu lineae obliquae ;
- 2° Ab impedimento affinitatis de quo in can. 67, § 1, n. 1, in quarto gradu lineae obliquae et ab impedimentis de quibus in eodem canone § 1, nn. 2, 3, in quovis gradu ;
- 3° Ab impedimento honestatis publicae in secundo gradu ;
- 4° Ab impedimento cognationis spiritualis ;
- 5° Ab impedimento cognationis legalis et tutelae ;
- 6° Extra patriarchatus, ab impedimento aetatis, non autem ultra biennium completum.

§ 2. Patriarcha, salva ampliore facultate quae ex privilegio vel iure particulari ei competat, praeter facultatem de qua in § 1, dispensare potest :

- 1° Ab impedimento aetatis, non tamen ultra biennium completum ;

Can. 32. — Syn. Armen., a. 1911, 578 ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, XXIV ; cap. III, art. VIII, § 6, *De dispensatione ab impedimentis dirimentibus* ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 12, 14, 15, 16 ; pars III, cap. IV, 30 ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2 ; Syn. prov. Alba-Julien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 5, e) ; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. IV, *De dispensatione* ; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 1 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 9, *De dispensatione super impedimentis dirimentibus* ; § 11, *De regulis petendae dispensationis matrimonialis et de forma eam imperticndi*.

§ 1. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, IX ; sect. III, cap. III, art. IV, 1, II.

§ 2. — Iulius III, Bulla *Cum nos nuper*, 28 apr. 1553 ; Pius IV, Bulla *Exigentibus meritis*, 1 aug. 1562 ; Clemens VIII, Breve *Christifidelium*, 17 aug. 1599 ; S. C.

- 2° Ab impedimento criminis de quo in can. 65, n. 1;
- 3° A quarto gradu consanguinitatis in linea obliqua;
- 4° Ab affinitatis impedimento de quo in can. 67 § 1, n. 1, in secundo et ulteriori gradu lineae obliquae;
- 5° A forma celebrationis matrimonii in casu de quo in can. 90, § 1, n. 2, gravissima tamen ex causa.

§ 3. Patriarcha potestatem quae ei tribuitur vel agnoscitur in §§ 1, 2, exercere potest in proprios subditos ubique, et in omnes sui ritus fideles in patriarchatu actu degentes, etsi domicillium vel quasi-domicillium in aliqua eparchia patriarchatus non habeant.

§ 4. Ceterorum impedimentorum dispensatio Sedi Apostolicae reservatur.

§ 5. Si contrahentes ad diversas eiusdem ritus eparchias pertineant vel ad diversos ritus, dispensatio petatur ab Hierarcha viri, et si vir sit acatholicus, ab Hierarcha mulieris.

§ 6. Delegato ad universitatem causarum non competit facultas subdelegandi, nisi expresse ei ad singulos actus concedatur.

Can. 33

Urgente mortis periculo, locorum Hierarchae, ad consulendum conscientiae et, si casus ferat, legitimationi prolis, possunt tum a forma in matrimonii celebratione servanda, tum ab omnibus et singulis impedimentis iuris ecclesiastici, sive publicis sive occultis, etiam multiplicibus, exceptis impedimentis provenientius ex sacro presbyteratus ordine et ex affinitate de qua in can. 68, § 1, in linea recta, consummato matrimonio, dispensare proprios subditos ubique commorantes et omnes in proprio territorio actu degentes, remoto scandalo, et si dispensatio concedatur ab impedimento disparitatis cultus aut mixtae religionis, praestitis consuetis cautionibus.

Can. 34

§ 1. In iisdem rerum adiunctis de quibus in can. 33 et solum in casibus in quibus ne loci quidem Hierarcha adiri possit, eadem dispensandi facultate pollet tum parochus, tum vicarius cooperator, tum sacerdos qui matrimonio, ad normam can. 89, n. 2, assistit, tum confessarius, sed hic pro foro interno in actu sacramentalis confessionis tantum.

§ 2. In casu de quo in § 1, loci Hierarcha censetur adiri non posse, si tantum per telegraphum vel telephorum ad eum possit recurri.

S. Off., 2 iun. 1718, Dubiorum a Cyrillo VI (V) Zaim patriarcha propositorum resolutiones. — Syn. Armen., a. 1911, 185; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. VI, 2, 18.

Can. 33. — Syn. Armen., a. 1911, 579; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 6, 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 9, n. 1.

Can. 34. — Syn. Armen., a. 1911, 579; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 6, 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 9, n. 1.

Can. 35

§ 1. Possunt Hierarchae locorum, sub clausulis in fine can. 33 statutis, dispensationem concedere ab omnibus impedimentis de quibus in can. 33, quoties impedimentum detegatur vel, quamvis antea cognitum, tunc solum ad notitiam Hierarchae aut parochi deferatur cum iam omnia sunt parata ad nuptias, nec matrimonium, sine probabili gravis mali periculo, differi possit usque dum a Sede Apostolica vel, quod attinet ad impedimenta a quibus dispensare valet, a Patriarcha dispensatio obtineatur.

§ 2. Haec facultas valet etiam ad convalidationem matrimonii iam contracti, si idem periculum sit in mora nec tempus suppetat recurrenti ad Sedem Apostolicam vel, quod attinet ad impedimenta a quibus dispensare valet, ad Patriarcham.

§ 3. In iisdem rerum adiunctis, eadem facultate gaudent omnes de quibus in can. 34, § 1, sub eiusdem canonis clausulis, sed solum si casus natura sua vel tantum facto sit occultus et ne loci quidem Hierarcha adiri ad normam can. 34 possit, vel nonnisi cum periculo violationis secreti.

§ 4. Facultate de qua in § 1 non aufertur Hierarchis potestas dispensandi a forma in matrimonii celebratione servanda, et ab impedimentis iuris ecclesiastici in quibus Sedes Apostolica solet dispensare, quoties difficilis sit recursus ad Sedem Apostolicam itemque ad Legatum Romani Pontificis necessaria facultate praeditum, et simul in mora sit periculum gravis damni.

Can. 36

Parochus, vicarius cooperatores aut sacerdos de quo in can. 34, de concessa dispensatione pro foro externo Hierarcham loci statim certiorum faciat; eaque adnotetur in libro matrimoniorum.

Can. 37

Nisi aliud ferat rescriptum S. Poenitentiariae aut, intra limites cuiusque competentiae, Patriarchae vel loci Hierarchae, dispensatio in foro interno non sacramentali concessa ab impedimento occulto adnotetur in libro diligenter in secreto curiae archivio asservando, nec alia dispensatio pro foro externo est necessaria, etsi postea occultum impedimentum publicum evaserit; sed est necessaria, si dispensatio concessa fuerat tantum in foro interno sacramentali.

Can. 35. — Syn. Armen., a. 1911, 578; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 6, 6; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 9, n. 1.

§ 4. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. III, cap. III, art. I, III, 2.

Can. 37. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. IV, § 44.

Can. 38

§ 1. Si petitio dispensationis ad Sedem Apostolicam missa sit, Hierarchae locorum suis facultatibus, si quas habeant, ne utantur, nisi ex gravi urgentique causa, quo in casu statim Apostolicam Sedem de re moneant.

§ 2. Idem servetur ab Hierarchis locorum Patriarchae subiectis, si dispensationis petitio missa sit ad Patriarcham.

Can. 39

§ 1. In matrimoniis sive contractis sive contrahendis, qui gaudet indulto generali dispensandi a certo quodam impedimento, potest, nisi in ipso indulto aliud expresse praescribatur, ab eo dispensare etiamsi idem impedimentum multiplex sit.

§ 2. Qui habet indultum generale dispensandi a pluribus diversae speciei impedimentis, sive dirimentibus sive prohibentibus, potest dispensare ab iisdem impedimentis, etiam publicis, in uno eodemque casu occurrentibus.

Can. 40

Si quando cum impedimento seu impedimentis publicis a quibus ex indulto dispensare quis potest, concurrat aliud impedimentum a quo dispensare nequeat, pro omnibus adiri debet Superior qui ab omnibus dispensare possit; si tamen impedimentum seu impedimenta a quibus dispensare potest, comperiantur post impetratam ab eo Superiore dispensationem, suis facultatibus uti poterit.

Can. 41

Per dispensationem ab impedimento dirimente concessam sive ex potestate ordinaria, sive ex potestate delegata per indultum generale, non vero per rescriptum in casibus singularibus, conceditur quoque eo ipso legitimatio prolis, si qua ex iis quibus conceditur dispensatio iam nata vel concepta fuerit, excepta tamen adulterina et sacrilega.

Can. 42

Dispensatio ab impedimento consanguinitatis vel affinitatis, concessa in aliquo impedimenti gradu, valet, licet in petitione vel in concessione error circa gradum irrepserit, dummodo gradus revera existens sit inferior, aut licet silentio praeteritum fuerit aliud impedimentum eiusdem speciei in aequali vel inferiore gradu.

Can. 39. — Syn. Armen., a. 1911, 580.

§ 2. — S. C. S. Off., 18 aug. 1897; S. C. de Prop. Fide, 31 mart. 1872.

Can. 40. — S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Del. Ap. Syriae), 10 maii 1887. — Syn. Armen., a. 1911, 580.

Can. 43

Data a Sede Apostolica dispensatio a matrimonio rato et non consummato vel facta, etiam ab iis qui potestatem habent infra Sedem Apostolicam, licentia transitus ad alias nuptias ob praesumptam coniugis mortem, secumfert semper dispensationem ab impedimento de quo in can. 65, n. 1, si qua opus sit.

Can. 44

Dispensatio a minore impedimento concessa, nullo sive obreptionis sive subreptionis vitio irrita est, etsi unica causa finalis in precibus exposita falsa fuerit.

Can. 45

Dispensationes a publicis impedimentis Hierarchae oratorum commissas exsequatur Hierarcha qui litteras testimoniales dedit vel preces transmisit ad Sedem Apostolicam, vel ad Patriarcham, etiamsi sponsi, quo tempore executioni danda est dispensatio, relicto illius eparchiae domicilio aut quasi-domicilio in aliam eparchiam discesserint non amplius reversuri, monito tamen Hierarcha loci in quo matrimonium contrahere cupiunt.

Can. 46

Excepta modica aliqua praestatione ratione expensarum cancellariae in dispensationibus pro non pauperibus, locorum Hierarchae eorumve officiales, reprobata quavis contraria consuetudine, nequeunt, occasione concessae dispensationis, emolumentum ullum exigere, nisi ad id faciendum expressam obtinuerint Sedis Apostolicae licentiam aut id sit in probatis Synodis constitutum vel recognitum; et si illegitime exegerint, obligatione restituendi tenentur.

Can. 47

Qui ex potestate delegata dispensationem concedunt, in eadem expressam mentionem indulti Superioris delegantis faciant.

Can. 45. — S. C. S. Off., litt. encycl. 20 febr. 1888, ad 4, 5.

CAPUT III

De impedimentis prohibentibus

Can. 48

§ 1. Matrimonium prohibet :

1^o Votum publicum castitatis perfectae in professione simplici seu minore emissum ;

2^o Votum privatum virginitatis, castitatis perfectae, non nubendi, amplectendi statum religiosum, et, in ritibus in quibus clerici a recepto subdiaconatus ordine obligatione servandi sacrum caelibatum tenentur, suscipiendi subdiaconatum vel ordinem maiorem.

§ 2. Nullum votum, uno sollemni seu quod in professione maiore emittitur excepto, dirimit matrimonium, nisi id speciali Sedis Apostolicae praescripto pro aliquibus statutum fuerit.

Can. 49

In iis regionibus ubi lege civili tutela, vel legalis cognatio ex adoptione orta, nuptias prohibet, iure canonico matrimonium illicitum est.

Can. 50

Severissime Ecclesia ubique prohibet ne matrimonium ineatur inter duas personas baptizatas, quarum altera sit catholica, altera vero sectae haereticae seu schismaticae adscripta ; quod si adsit perversionis periculum coniugis catholici vel prolis, coniugium ipsa etiam lege divina vetatur.

Can. 48. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 15. — Syn. Armen., a. 1911, 577, 4^o ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 3, II ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 9, V ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 5 ; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 21 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 4. § 1. — S. Basilius M., can. 44.

Can. 49. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 8^o ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, VIII ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IV ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2 ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, 1, γ) ; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 16.

Can. 50. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 14 ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Coreyren.), 3 ian. 1871, n. 3 ; instr. (ad omnes Ep. Ritus Orientalis), 12 dec. 1888, n. 1-4 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), 1858. — Syn. Laodicea., a. 347-381, can. 10, 31 ; Syn. Trullan., a. 691, can. 72. — Syn. Armen., a. 1911, 577, 5^o ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 3, IV ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 1 ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. IX, *De matrimonii mixtis* ; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 31 ; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 4 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 5.

Can. 51

- § 1. Ecclesia ab impedimento mixtae religionis non dispensat, nisi :
- 1^o Urgeant iustae ac graves causae ;
 - 2^o Cautionem praestiterit coniux acatholicus de amovendo a coniuge catholico perversionis periculo, et uterque coniux de universa prole catholice tantum baptizanda et educanda ;
 - 3^o Moralis habeatur certitudo de cautionum impletione.
- § 2. Cautiones regulariter in scriptis exigantur.

Can. 52

Coniux catholicus obligatione tenetur conversionem coniugis acatholici prudenter curandi.

Can. 53

§ 1. Etsi ab Ecclesia obtenta sit dispensatio ab impedimento mixtae religionis, coniuges nequeunt, vel ante vel post matrimonium coram Ecclesia initum, adire quoque, sive per se sive per procuratorem, ministrum acatholicum uti sacris addictum, ad matrimonialem consensum praestandum vel renovandum.

§ 2. Si parochus certe noverit sponso hanc legem violaturos esse vel iam violasse, eorum matrimonio ne assistat, nisi ex gravissimis causis, remoto scandalo et consulto prius Hierarcha.

§ 3. Non improbatur tamen quod, lege civili iubente, coniuges se sistant etiam coram ministro acatholico, officialis civilis tantum munere fungente, idque ad actum civilem dumtaxat explendum, effectuum civilem gratia.

Can. 54

Hierarchae aliique animarum pastores :

- 1^o Fideles a mixtis nuptiis, quantum possunt, absterreant ;

Can. 51. — S. C. S. Off., decr. 13 ian. 1932 ; decr. 16 ian. 1942. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 3, IV ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 5.

§ 1. — S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Corecyren.), 3 ian. 1871, n. 3 ; instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 4-5 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

§ 1, 2^o. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 14.

Can. 52. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 14 ; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Corecyren.), 3 ian. 1871, n. 3 ; instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 5. — Syn. Laodicen., a. 347-381, can. 31. — Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 5.

Can. 53. — Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 5, 4.

§ 1. — S. C. S. Off., instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 7 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

§ 2. — S. C. S. Off., instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 8.

§ 3. — S. C. S. Off., instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 7.

Can. 54. — Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; S. C. S. Off., instr. (ad Archiep. Corecyren.), 3 ian. 1871, n. 6, 7 ; instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 10-12 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

2º Si eas impedire non valeant, omni studio curent ne contra Dei et Ecclesiae leges contrahantur;

3º Mixtis nuptiis celebratis sive in proprio sive in alieno territorio, sedulo invigilent ut coniuges promissiones factas fideliter impleant.

Can. 55

§ 1. Absterreantur quoque fideles a matrimonio contrahendo cum iis qui notorie aut catholicam fidem abiecerunt, etsi ad sectam acatholicam non transierint, aut societatibus ab Ecclesia damnatis adscripti sunt.

§ 2. Parochus praedictis nuptiis ne assistat, nisi consulto Hierarcha, qui, inspectis omnibus rei adiunctis, ei permittere poterit ut matrimonio intersit, dummodo urgeat gravis causa et pro suo prudenti arbitrio Hierarcha iudicet satis cautum esse catholicae educationi universae prolis et remoti periculi perversionis alterius coniugis.

Can. 56

Si publicus peccator aut censura notorie innodatus prius ad sacramentalem confessionem accedere aut cum Ecclesia reconciliari recusaverit, parochus eius matrimonio ne assistat, nisi gravis urgeat causa, de qua, si fieri possit, consulat Hierarcham.

CAPUT IV

De impedimentis dirimentibus

Can. 57

§ 1. Vir ante decimum sextum aetatis annum completum, mulier ante decimum quartum item completum, matrimonium validum inire non possunt.

§ 2. Licet matrimonium post praedictam aetatem contractum validum sit, curent tamen animarum pastores ab eo avertere iuvenes ante aetatem, qua, secundum regionis receptos mores, matrimonium iniri solet.

Can. 55. — S. C. S. Off., decr. 28 iun. 1865 in S. C. de Prop. Fide, litt. encycl. (ad Del. Ap. et Ep. Orientales), 24 sept. 1867.

Can. 57. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 1º; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, V; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 9, VI; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 4; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasiens. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, a); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 4, c); Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 5. — Institut. 1, 10 pr.; D. 23, 2, 4; C. 5, 60, 3; Basilic. 28, 4, 3.

§ 1. — S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 9 — S. Nerses Glajen. Armenorum, a. 1166; Syn. Sergii Patriarchae Maronitarum, 18 sept. 1596, can. XIII.

Can. 58

§ 1. Impotentia antecedens et perpetua, sive ex parte viri sive ex parte mulieris, sive alteri cognita sive non, sive absoluta sive relativa, matrimonium ipso naturae iure dirimit.

§ 2. Si impedimentum impotentiae dubium sit, sive dubio iuris sive dubio facti, matrimonium non est impediendum.

§ 3. Sterilitas matrimonium nec dirimit nec prohibet.

Can. 59

§ 1. Invalide matrimonium attentat qui vinculo tenetur prioris matrimonii, quanquam non consummati, salvo privilegio fidei.

§ 2. Quamvis prius matrimonium sit irritum aut solutum qualibet ex causa, non ideo licet aliud contrahere, antequam de prioris nullitate aut solutione legitime et certo constiterit.

Can. 60

§ 1. Nullum est matrimonium contractum a persona non baptizata cum persona baptizata.

§ 2. Si pars tempore contracti matrimonii tanquam baptizata communiter habebatur aut eius baptismus erat dubius, standum est, ad normam can. 3, pro validitate matrimonii, donec certo probetur alteram partem baptizatam esse, alteram vero non baptizatam.

Can. 58, § 1. — Sixtus V, ep. *Omn frequenter*, 27 iun. 1587; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), 1883, tit. VI, art. 5.

Can. 59. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 4. — Syn. Trullan., a. 691, can. 93. — Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8.

§ 1. — Syn. Trident., sess. XXIV, *De matrimonio*, can. 7; *De ref. matrim.*, c. 1; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16; Benedictus XIV, ep. *Nuper ad nos*, 16 mart. 1743, Professio fidei Maronitis praeser.; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785; instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858; instr. 31 iul. 1902, n. 9. — Canones Apostolorum, 48; Syn. Carthagen., a. 419, can. 105; Syn. Trullan., a. 691, can. 87; S. Basilius M., can. 9, 46, 48, 77; Timotheus Alexandrin., interrog. 15.

§ 2. — Lucius III, litt. *Dominus ac Redemptor noster*, a. 1181/5; S. C. S. Off., instr. (ad Del. Ap. Aegypti), 13 ian. 1861; instr. (ad Ep. Orient.), 22 aug. 1890, n. 11. — S. Basilius M., can. 31, 36.

Can. 60, § 1. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 14; S. C. S. Off., instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 12 dec. 1888, n. 1 — Syn. Trullan., a. 691, can. 72. — Syn. Partaven. Armenorum, a. 771, can. 11; Syn. Armen., a. 1911, 571, 10°; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, XIII; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, VII, 17; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 1; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, i; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 10; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 14.

Can. 61

Quae de mixtis nuptiis in canonibus 50-54 praescripta sunt, applicari quoque debent matrimoniis quibus obstat impedimentum disparitatis cultus.

Can. 62

§ 1. Invalide matrimonium attentant clerici maiore ordine aucti.
§ 2. Subdiaconatui, aequae ac maioribus ordinibus, vis dirimendi matrimonium tribuitur.

Can. 63

Invalide matrimonium attentant religiosi professione sollemni seu maiore adstricti, itemque qui votum castitatis extra professionem maiorem emisissent, cui tamen, ex speciali Sedis Apostolicae praescripto, vis addita sit nuptias dirimendi.

Can. 64

§ 1. Inter virum raptorem et mulierem, intuitu matrimonii raptam, quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum potest consistere matrimonium.
§ 2. Quod si rapta, a raptoe separata et in loco tuto ac libero constituta, illi nubere consenserit, impedimentum cessat.
§ 3. Quod ad matrimonii nullitatem attinet, raptui par habetur violenta retentio mulieris, cum nempe vir mulierem in loco ubi ea commoratur vel ad quem libere accessit, violenter intuitu matrimonii detinet.

Can. 61. — Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880; S. C. S. Off., instr. (ad omnes Ep. Ritus Orient.), 25 dec. 1888; decr. 13 ian. 1932.

Can. 62. — Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VII, n. XXVII; instr. *Eo quamvis tempore*, 4 maii 1745, § 34, 38 sq.; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5, « *Adnotatio specialis* »; S. C. de Prop. Fide, instr. 31 iul. 1902, n. 8. — Syn. Trullan., a. 691, can. 3, 6, 26; S. Basilii M., can. 27; Timotheus Alexandrin., quaestio 22, 23; Theophilus Alexandrin., can. 13. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 4^o; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, XI; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IX; cap. XIV, 35; pars III, cap. II, 3; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. VII, cap. V, *De secundis nuptiis Clericorum in sacris Ordinibus constitutorum*; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 11; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 8.

§ 1. — S. C. S. Off., decr. 3 iun. 1635, ad 1 et 2; 3 aug. 1650, ad 1; 29 ian. 1660; mand. 5 maii 1660; (C. G.), 28 aug. 1669, n. 1; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 18 sept. 1629; litt. (ad Vic. gen. Fagarasien.), 5 febr. 1746; litt. (ad Metrop. Alba-Iulien. et Fagarasien.), 31 maii 1892. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IX; cap. XIV, 35.

§ 2. — S. Leo Magnus, litt. *Quanta fraternitati*, a. 446; « *Nam cum* »; S. C. de Prop. Fide (C. P.), 18 sept. 1629; instr. (ad Archiep. Fagarasien. et Alba-Iulien. Graeci Ritus), 24 mart. 1858; « *Qui germanam* ». — Syn. Trullan., a. 691, can. 13. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. II, 3.

Can. 63. — Syn. Chalcedonen., a. 451, can. 16; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 5; « *Adnotatio specialis* ». — Syn. Trullan., a. 691, can. 44.

Can. 65

Valide contrahere nequeunt matrimonium :

1° Qui, perdurante eodem valido matrimonio, adulterium inter se consummarunt et fidem sibi mutuo dederunt de matrimonio ineundo vel ipsum matrimonium etiam per civilem tantum actum, attentarunt ;

2° Qui, perdurante pariter eodem valido matrimonio, adulterium inter se consummarunt eorumque alter coniugem occidit ;

3° Qui mutua opera physica vel morali, etiam sine adulterio, mortem coniugi intulerunt.

Can. 66

§ 1. In linea recta consanguinitatis matrimonium irritum est inter omnes ascendentes et descendentes tum legitimos tum naturales.

§ 2. In linea obliqua irritum est usque ad sextum gradum inclusive, ita tamen ut matrimonii impedimentum toties multiplicetur quoties communis stipes multiplicatur.

§ 3. Nunquam matrimonium permittatur, si quod subsit dubium num partes sint consanguineae in aliquo gradu lineae rectae aut in secundo gradu lineae obliquae.

§ 4. 1° Consanguinitas computatur per lineas et gradus ;

2° In linea recta, tot sunt gradus quot personae, stipite dempto ;

3° In linea obliqua, tot sunt gradus quot personae in utroque tractu, stipite dempto ¹.

Can. 65. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 11° ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, XV ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, VI ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, k) ; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 16.

1° — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 12.

2° — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 12.

3° — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 13.

Can. 66, §§ 1-3. — S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866 : « *De consanguinitate* » ; Clemens VIII, *Breve Christifidelium*, 17 aug. 1599 ; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. I, — Syn. Armen., a. 1911, 571, 5° ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, VIII ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IV ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2 ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, 1, α) ; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 14 ; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 10.

§ 2. — Syn. Trullan., a. 691, can. 54 ; Timotheus Alexandrin., interrog. 11. — Syn. Sahapivan. Armenorum, a. 446-47, can. 13 ; Acta Syn. Sis. Armenorum, a. 1342.

§ 4, 1°. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 5° ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IV ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 10. — D. 38, 10, 9.

§ 4, 2°. — Institut. 3, 6, pr. 1, 2, 7 ; D. 38, 10, 1 ; 38, 10, 10. 8. 10 et 11.

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Cleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1957, can. 24.

Can. 67

§ 1. 1° Affinitas de qua in can. 68, § 1, dirimit matrimonium in linea recta, in quolibet gradu; in linea obliqua, usque ad quartum gradum inclusive;

2° Affinitas de qua in can. 68, § 2, dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive;

3° Affinitas de qua in can. 68, § 3, dirimit matrimonium in primo gradu.

§ 2. Affinitatis de qua in can. 68, § 1, n. 1, impedimentum multiplicatur:

1° Quoties multiplicatur impedimentum consanguinitatis a quo procedit;

2° Secundo vel ulteriore matrimonio inito cum consanguineo coniugis defuncti.

Can. 68

§ 1. 1° Affinitas ex digenea oritur ex matrimonio valido etsi non consummato;

2° Viget inter alterutrum coniugem et alterius consanguineos;

3° Qua quis linea et quo gradu, alterutrius coniugis est consanguineus, alterius est affinis.

§ 2. 1° Iure particulari, affinitas ex digenea de qua in § 1, n. 1, oritur etiam inter consanguineos viri et consanguineos mulieris;

2° Ita computatur ut tot sint gradus quot fert summa graduum consanguinitatis quibus uterque affinium distat a coniugibus ex quorum matrimonio affinitas oritur.

§ 3. 1° Iure particulari, affinitas praeterea oritur ex trigenea seu ex duobus matrimoniis validis, etiam non consummatis, si duae personae matrimonium contrahant: a) cum una eademque tertia persona, soluto matrimonio, una post alteram, aut b) cum duabus personis inter se consanguineis;

Can. 67. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. I. — S. Nicephorus CP., can. 153. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 6°; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, IX; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, V; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, m, α); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 17, α); Syn. Zamonten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 12.

§ 1, 1°. — Clemens VIII, Breve *Christifidelium*, 17 aug. 1599. — Syn. Neocaesariensis, a. 314-325, can. 2; Syn. Trullan., a. 691, can. 54; S. Basilius M., can. 23, 76, 78, 87; Timotheus Alexandrin., interrog. 11; Theophilus Alexandrin., can. 5; S. Nicephorus CP., can. 81.

Can. 68, § 1, 1°. — Canones Apostolorum, can. 19. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 6°; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, V; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, n. α) γ); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 17, α) γ); Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 12. — D. 38, 10, 4, 3 et 8; 38, 10, 4, 5; 38, 10, 6; 38, 10, 7 et 8; 38, 10, 10 pr.

§ 2, 1°. — Conc. Trullan., a. 691, can. 54. — Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, n. β); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 17, β).

2° Affinitatem ex trigeneia contrahunt alteruter coniux cum iis qui sunt, ex alio matrimonio, alterius coniugis affines ex digeneia;

3° Haec affinitas, inter alterutrum coniugem et alterius affines, ita computatur ut qui sunt ex alio matrimonio affines viri ex digeneia, in eodem gradu sint uxoris affines ex trigeneia, et vice versa;

4° Quoties haec affinitas viget inter consanguineos quoque unius et affines alterius coniugis, ita computatur ut tot sint gradus quot fert summa graduum cum consanguinitatis tum affinitatis ex digeneia quibus uterque affinium distat a coniugibus ex quorum matrimonio affinitas oritur¹.

Can. 69

Impedimentum publicae honestatis oritur ex matrimonio invalido, sive consummato sive non, et ex notorio vel publico concubinato; et nuptias dirimit in primo et secundo gradu lineae rectae inter virum et consanguineas mulieris, ac vice versa.

Can. 70

§ 1. Ea spiritualis cognatio matrimonium dirimit de qua in § 2.

§ 2. 1° Ex baptismo spiritualem cognationem contrahit patrinus cum baptizato eiusque parentibus;

2° Si iteretur baptismus sub condicione, cognationem spiritualem patrinus non contrahit, nisi iterum idem adhibitus sit.

Can. 71

Qui lege civili inhabiles ad nuptias inter se ineundas habentur ob tutelam vel ob cognationem legalem ex adoptione ortam, nequeunt vi iuris canonici matrimonium inter se valide contrahere.

Can. 69. — Clemens VIII, Breve *Christifidelium*, 17 aug. 1599; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 2. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 7°; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. III, cap. III, art. VIII, § 5, 4, XII; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, XI; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, 2); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 18; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 13.

Can. 70. — S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866; Clemens VIII, Breve *Christifidelium*, 17 aug. 1599; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VIII, n. VI; S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 1; litt. (Leopol. Ruthen.), 29 apr. 1894; S. C. de Prop. Fide (C. G.) (ad Archiep. Fagarasien.), 25 iun. 1897, n. 6872. — Syn. Trullan., a. 691, can. 53; S. Nicephorus CP., can. 124, 185. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 9°; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. II, XXVII; sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, VIII; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IV; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, 1, 9); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 15; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. II, 3, XXII; cap. V, art. XV, § 8, n. 11.

§ 2, 1°. — S. C. S. Off. (Mission. Aegypti), 9 dec. 1745; S. C. de Prop. Fide (Regulae pro sacerdotibus coptis), 15 mart. 1790, n. XI. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. II, 10; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. I, n. 4; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 1.

Can. 71. — Syn. Armen., a. 1911, 571, 8°; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898,

¹ Cfr. Prus XII, litt. apost. *Cleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1967, can. 25.

CAPUT V

De consensu matrimoniali

Can. 72

§ 1. Matrimonium facit partium consensus inter personas iure habiles legitime manifestatus; qui nulla humana potestate suppleri valet.

§ 2. Consensus matrimonialis est actus voluntatis quo utraque pars tradit et acceptat ius in corpus, perpetuum et exclusivum, quod attinet ad actus per se aptos ad prolis generationem.

Can. 73

§ 1. Ut matrimonialis consensus haberi possit, necesse est ut contra-hentes saltem non ignorent matrimonium esse societatem permanentem inter virum et mulierem ad filios procreandos.

§ 2. Haec ignorantia post pubertatem non praesumitur.

Can. 74

§ 1. Error in persona invalidum reddit matrimonium.

§ 2. Error in qualitate personae, etsi det causam contractui, matrimonium dirimit tantum:

1° Si error qualitatis redundet in errorem in persona;

2° Si persona libera matrimonium contrahat cum persona quam liberam putat, cum contra sit serva, servitute proprie dicta.

Can. 75

Simplex error circa matrimonii unitatem vel indissolubilitatem aut sacramentalem dignitatem, etsi det causam contractui, non vitiat consensum matrimonialem.

sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, VIII; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, IV; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 2; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, 1, γ); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 16; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 11. — Institut., 1, 10, 1, 2 et 3.

Can. 72. — Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8. — D. 23, 2, 2.

§ 1. — Benedictus XIII, a. 1341, prop. 100, Armenorum, damn.; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

Can. 74, § 2, 2°. — S. Basilius M., can. 40, 42. — Syn. Armen., a. 1911, 568; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, III; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, II; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 4.

Can. 75. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

Can. 76.

Scientia aut opinio nullitatis matrimonii consensum matrimonialem necessario non excludit.

Can. 77

§ 1. Internus animi consensus semper praesumitur conformis verbis vel signis in celebrando matrimonio adhibitis.

§ 2. At si alterutra vel utraque pars positivo voluntatis actu excludat matrimonium ipsum, aut omne ius ad coniugalem actum, vel essentialiam aliquam matrimonii proprietatem, invalide contrahit.

Can. 78

§ 1. Invalidum quoque est matrimonium initum ob vim vel metum gravem extrinsecus et iniuste incussum ad extorquendum consensum.

§ 2. Nullus alius metus, etiamsi det causam contractui, matrimonii nullitatem secumfert.

Can. 79

§ 1. Ad matrimonium valide contrahendum necesse est ut contrahentes sint praesentes sive per se ipsi sive per procuratorem.

§ 2. Sponsi matrimonialem consensum exprimant verbis; nec aequipollentia signa adhibere ipsis licet, si loqui possint.

Can. 80

§ 1. Matrimonium contrahi nequit per procuratorem, nisi Hierarcha loci in casu singulari hanc facultatem scripto dederit.

§ 2. Hierarcha loci hanc facultatem dare potest tantum in casu necessitatis, id est si contrahentes, ob gravem causam, sacerdoti se una simul sistere nequeunt.

Can. 76. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

Can. 77, § 1. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785.

Can. 78, § 1. — S. C. S. Off., instr. (ad Ep. Rituum Orient.), a. 1883, tit. VI, art. 3. — Syn. Armen., a. 1911, 569; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, IV; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, VIII; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumensorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, I, d); a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 5 b); Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 8, n. 3.

Can. 79. — Syn. Armen., a. 1911, 563.

§ 2. — Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16.

Can. 80, § 1. — Syn. Armen., a. 1911, 563; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 29.

Can. 81

§ 1. Firmis eparchialibus statutis desuper additis, ut matrimonium per procuratorem valide ineatur, requiritur mandatum speciale ad contrahendum cum certa persona, subscriptum a mandante et vel a parochi aut Hierarcha loci in quo mandatum fit, vel a sacerdote ab alterutro delegato, vel a duobus saltem testibus.

§ 2. Si mandans scribere nesciat, id in ipso mandato adnotetur et alius testis addatur qui scripturam ipse quoque subsignet; secus mandatum irritum est.

§ 3. Si, antequam procurator nomine mandantis contraxerit, hic mandatum revocaverit aut in amentiam inciderit, invalidum est matrimonium, licet sive procurator sive alia pars contrahens haec ignoraverit.

§ 4. Ut matrimonium validum sit, procurator ab ipso mandante designetur oportet et procurator munere suo per se ipse fungi debet.

Can. 82

§ 1. Ut matrimonium per procuratorem valide celebretur, servandae sunt normae can. 85 et 86.

§ 2. Coniuges, cum simul fuerint, benedictionem de qua in can. 91 a sacerdote ad normam horum canonum designato recipere ne negligant.

Can. 83

Matrimonium sub condicione contrahi nequit.

Can. 84

Etsi matrimonium invalide ratione impedimenti initum fuerit, consensus praestitus praesumitur perseverare, donec de eius revocatione constiterit.

Can. 81. — Syn. Armen., a. 1911, 563; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 29; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 3, n. 7.

Can. 83. — Syn. Armen., a. 1911, 564-567; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarsien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. II, § 5 d); Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 3, n. 6.

CAPUT VI

De forma celebrationis matrimonii

Can. 85

§ 1. Ea tantum matrimonia valida sunt quae contrahuntur ritu sacro, coram parochi, vel loci Hierarcha, vel sacerdote cui ab alterutro facta sit facultas matrimonio assistendi et duobus saltem testibus, secundum tamen praescripta canonum qui sequuntur, et salvis exceptionibus de quibus in cann. 89, 90.

§ 2. Sacer censetur ritus, ad effectum de quo in § 1, ipso interventu sacerdotis adsistentis ac benedicens.

Can. 86

§ 1. Parochus et loci Hierarcha valide matrimonio assistunt :

1° A die tantummodo initiae legitime administrationis beneficii, vel initi officii, nisi per sententiam fuerint excommunicati vel interdicti vel suspensi ab officio aut tales declarati ;

2° Intra fines dumtaxat sui territorii sive contrahentes sunt subditi, sive non subditi, modo sint sui ritus ;

3° Dummodo neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum.

§ 2. Matrimonio fidelium diversi ritus valide assistit Hierarcha loci et parochus qui ad normam § 3, nn. 2-4 est eorum proprius Hierarcha vel parochus.

§ 3. 1° Nisi aliud iure caveatur, sive per domicilium sive per quaside domicilium suum quisquis parochum et Hierarcham proprii ritus sortitur ;

2° Deficiente parochi pro fidelibus alicuius ritus, horum Hierarcha designet alius ritus parochum, qui eorundem curam suscipiat, post-

Can. 85. — S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866 : « *Consuetudinem* » ; Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 5 ; S. C. S. Off., 5 aug. 1846 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Vic. Ap. Constantinop.), 1 oct. 1785 ; litt. (ad Ep. Nicopolitan.), 11 ian. 1817. — S. Nicephorus CP., can. 90, 199. — Syn. Sergii Patriarchae Maronitarum, 18 sept. 1596, can. XIV ; Syn. Armen., a. 1911, 575 ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 4, XVI ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 8, XII et 28 ; pars III, cap. III, 2, X ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 23, 24, 25 ; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, *De benedictione matrimonii eiusque caeremoniis*.

§ 1. — S. C. de Prop. Fide (Pro Negotiis Ritus Orientalis), decr. 18 aug. 1913, art. 36 ; decr. 17 aug. 1914, art. 30 ; decr. 27 mart. 1916, art. 17 ; S. C. pro Eccl. Orient., decr. 1 mart. 1929, art. 39 ; decr. 4 maii 1930, art. 45.

Can. 86. — Syn. Leopoli. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 3.

§ 3, 1°. — Innocentius III (in Syn. Lateranen. IV), cap. IX : « *Quoniam in plerisque* ».

§ 3, 2°. — Pius IX, alloc. *Probe noscitis*, 3 iul. 1848 ; Leo XIII, litt. ap. *Orientalium*, 30 nov. 1894, n. II ; S. C. de Prop. Fide, 28 aug. 1627 ; litt. II

quam idem Hierarcha habuerit consensum Hierarchae parochi designandi;

3° Extra territorium proprii ritus, deficiente huius ritus Hierarcha, habendus est tamquam proprius, Hierarcha loci. Quodsi plures sint, ille habendus est tamquam proprius, quem designaverit Sedes Apostolica vel, obtento eiusdem consensu, Patriarcha, si iure particulari cura fidelium sui ritus extra patriarchatus commorantium ei commissa est.

4° Proprius vagi parochus vel Hierarcha est sui ritus parochus vel Hierarcha loci ubi vagus actu commoratur; deficiente parocho vel Hierarcha sui ritus, servantur normae in nn. 2, 3 statutae;

5° Illorum quoque qui non habent nisi eparchiale domicilium vel quasi-domicilium, parochus proprius est parochus loci in quo actu commorantur¹.

Can. 87

§ 1. 1° Parochus et loci Hierarcha, qui matrimonio possunt valide assistere, possunt quoque alii sacerdoti facultatem dare ut intra fines sui territorii determinato matrimonio assistat, dummodo id expresse faciant, et sacerdos sit determinatus; possunt quoque eidem sacerdoti concedere facultatem subdelegandi alium determinatum sacerdotem, qui illi matrimonio assistat;

2° Vicario cooperatori concedi potest a parocho vel a loci Hierarcha etiam facultas generalis assistendi matrimoniis; qua obtenta, ipse facultate subdelegandi gaudet, ut in n. 1;

3° Facultas concessa contra praescriptum nn. 1, 2 irrita est.

§ 2. Facultas de qua in § 1, n. 1, ne concedatur, nisi expletis omnibus quae ius constituit pro libertate status comprobanda.

§ 3. Locorum Hierarchae administrationem fidelium diversi ritus ad normam iuris gerentes dare possunt cuiusvis orientalis ritus rectoribus ecclesiarum vel aliis sacerdotibus, curam fidelium, parocho proprii ritus orbis, habentibus, generalem facultatem assistendi matrimoniis fidelium ritus orientalis, etsi a ritu rectoris vel presbyteri diversi.

oct. 1780; instr. (ad Ep. latinum Babylonen.), 23 sept. 1783: « *Prorsus* » et « *Si vero* »; (C. G.), 29 mart. 1824; (C. G.), 11 dec. 1838, n. 15, 16; instr. (ad Del. Ap. Aegypti), 30 apr. 1862; (C. G.), 1 iun. 1885, ad 4; (C. G.), 25 iul. 1887, n. 4; litt. encycl., 26 febr. 1896; decr. 1 maii 1897; (Pro Negotiis Ritus Orientalis), decr. 18 aug. 1913, art. 22, 23; decr. 17 aug. 1914, art. 18; S. C. pro Eccl. Orient., decr. 1 mart. 1929, art. 19; decr. 24 maii 1930, art. 21, 22. — Syn. Armen., a. 1911, 621, 627; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, IX; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. I, 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. III, art. IX, 17.

Can. 86, § 3, 3°. — Pius IV, const. *Romanus Pontifex*, 16 febr. 1564, § II; Pius IX, litt. *Ubi inscrutabili*, 3 iul. 1848, § 3; Leo XIII, litt. ap. *Orientalium*, 30 nov. 1894, n. IX; S. C. de Prop. Fide, litt. (ad Ep. Strigonien.), 1 oct. 1907, n. 23109. — Syn. Armen., a. 1911, n. 621, 627; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, X; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. VI, 4 *in fine*.

¹ Cfr. Prus XII, litt. apost. *Oleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1957, can. 22.

Can. 88

§ 1. Parochus autem vel loci Hierarcha matrimonio licite assistunt :
1° Postquam sibi legitime constiterit de libero statu contrahentium ad normam iuris ;

2° Postquam, insuper, sibi constiterit de domicilio vel quasi-domicilio vel menstrua commoratione aut, si de vago agatur, actuali commoratione alterutrius contrahentis in loco matrimonii ;

3° Habita, si condiciones deficiant de quibus in n. 2, licentia parochi vel Hierarchae domicilii vel quasi-domicilii aut menstruae commorationis alterutrius contrahentis, nisi vel de vagis actu itinerantibus res sit, nullibi commorationis sedem habent, vel gravis necessitas intercedat quae a licentia petenda excuset.

§ 2. Parochus, si ita ferat ius particulare, ut matrimonio licite assistat, indiget insuper licentia Hierarchae loci.

§ 3. Matrimonium coram sponsi parochi celebretur, nisi vel legitima consuetudo aliud ferat vel iusta causa excuset ; matrimonia autem catholicorum mixti ritus, in ritu viri et coram eiusdem parochi sunt celebranda, nisi vir, domicilium vel quasi-domicilium habens in regione orientali, consentiat ut matrimonium ritu sponsae et coram huius parochi celebretur.

§ 4. Parochus qui sine licentia iure requisita matrimonio assistit, emolumenta stolae non facit sua, eaque proprio contrahentium parochi remittendi obligatione tenetur.

Can. 89

Si haberi vel adiri nequeat sine gravi incommodo parochus vel Hierarcha vel sacerdos cui facultas assistendi matrimonio facta sit ad normam canonum 86, 87 :

1° In mortis periculo validum et licitum est matrimonium contractum coram solis testibus ; et etiam extra mortis periculum, dummodo prudenter praevideatur eum rerum statum esse per mensem duraturum ;

2° In utroque casu, si praesto sit quivis alius catholicus sacerdos qui adesse possit, vocari et, una cum testibus, matrimonio assistere debet, salva coniugii validitate coram solis testibus.

Can. 88. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 28.

§ 2. — S. C. de Prop. Fide (Regulae pro sacerdotibus coptis), 15 mart. 1790, n. XV.

§ 3. — Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VIII, n. XI, XII ; S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863, C, c., D, b. ; (Pro Negotiis Ritus Orientalis), decr. 18 aug. 1913, art. 37 ; decr. 17 aug. 1914, art. 30 ; decr. 27 mart. 1916, art. 17 ; S. C. pro Eccl. Orient., decr. 1 mart. 1929, art. 39 ; decr. 4 maii 1930, art. 45 ; decr. 23 nov. 1940, art. 39. — Syn. Armen., a. 1911, 622 ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. I, art. V, XXIV ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. III, art. IX, 11.

Can. 90

§ 1. Ad statutam superius formam servandam tenentur :

1^o Omnes in catholica Ecclesia baptizati ed ad eam ex haeresi aut schismate conversi, licet sive hi sive illi ab eadem postea defecerint, quoties inter se matrimonium ineunt ;

2^o Idem, de quibus in n. 1, si cum acatholicis, sive baptizatis sive non baptizatis, etiam post obtentam dispensationem ab impedimento mixtae religionis vel disparitatis cultus, matrimonium contrahant.

§ 2. Firmo autem praescripto § 1, n. 1, acatholici baptizati, si inter se vel cum acatholicis non baptizatis contrahant, nullibi tenentur ad catholicam matrimonii formam servandam.

Can. 91

Extra casum necessitatis, in matrimonii celebratione serventur ritus et caeremoniae in libris liturgicis ab Ecclesia probatis praescriptae aut legitimis consuetudinibus receptae.

Can. 92

§ 1. Celebrato matrimonio, parochus vel qui eius vices gerit, quamprimum describat in libro matrimoniorum nomina coniugum ac testium, locum et diem celebrati matrimonii, dispensationem, si dispensatio locum habuit, eiusque auctorem una cum impedimento eiusque gradu, atque alia secundum modum in libris liturgicis et a proprio Hierarcha praescriptum ; idque licet alius sacerdos facultate vel a se vel ab Hierarcha obtenta matrimonio adstiterit.

§ 2. Praeterea, parochus in libro quoque baptizatorum adnotet coniugem tali die in sua paroecia matrimonium contraxisse. Quod si coniux alibi baptizatus fuerit, parochus notitiam initi matrimonii ad parochum, apud quem coniugis baptismus ad normam canonum adnotandus est, per se vel per curiam episcopalem transmittat, ut matrimonium in baptizatorum librum referatur.

§ 3. Quoties matrimonium ad normam can. 89 contrahitur, sacerdos, si eidem adstiterit, secus tum testes tum contrahentes curare debent ut initum coniugium in praescriptis libris quamprimum adnotetur ¹.

Can. 91. — S. Nicephorus CP., can. 90. — Syn. Duin. Armenorum, a. 719, can. 15 ; Syn. Armen., a. 1911, 576 ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, III ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars III, cap. III, 2, X ; Syn. Ain-Trazen. Graeco-Melchitarum, a. 1835, can. 7, n. 4 ; Syn. Leopoliens. Ruthenorum, a. 1891, tit. II, cap. VII, 6 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, *De benedictione matrimonii eiusque caeremoniis*.

Can. 92. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 2, VI ; Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 30 ; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 37 ; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8 ; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, n. IX.

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Cleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1957, can. 511.

CAPUT VII

De matrimonio conscientiae

Can. 93

Ex gravissima et urgentissima tantum causa, ab ipso loci Hierarcha, excluso Syncello sine speciali mandato, permitti potest ut *matrimonium conscientiae* ineatur, idest matrimonium celebretur omissis denuntiationibus et secreto, ad normam canonum qui sequuntur.

Can. 94

Licentia celebrationis matrimonii conscientiae secumfert promissionem et gravem obligationem secreti servandi ex parte sacerdotis assistentis, testium, Hierarchae eiusque successorum, et etiam alterius coniugis, altero non consentiente divulgationi.

Can. 95

Huius promissionis obligatio, ex parte Hierarchae, non extenditur ad sequentes casus :

1° Si quod scandalum aut gravis erga matrimonii sanctitatem iniuria ex secreti observantia immineat ;

2° Si parentes non curent ut proles ex tali matrimonio suscepta baptizetur ; aut eam baptizandam curent falsis expressis nominibus, nec interim Hierarchae, intra triginta dies, prolem susceptam et baptizatam, additis veris parentum nominibus, denuncient ;

3° Si parentes christianam proles educationem negligant.

Can. 96

Matrimonium conscientiae non est adnotandum in consueto matrimoniorum ac baptizatorum libro, sed in peculiari libro servando in secreto curiae archivo¹.

CAPUT VIII

De tempore et loco celebrationis matrimonii

Can. 97

§ 1. Matrimonium quolibet anni tempore contrahi potest, firmo praescripto § 2.

Can. 96. — Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, IX.

Can. 97. — Syn. Duin. Armenorum, a. 719, can. 5 ; Syn. Armen., a. 1911, 577, 1° ; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 5, 3, V ;

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Oleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1957, can. 511 § 2.

§ 2. Tempore sacro ante Nativitatem Domini et Magnae Quadragesimae, necnon aliis temporibus iure particulari statutis, vetatur ipsa nuptiarum celebratio vel tantum sollemnitatis in ea, ad normam iuris particularis.

§ 3. Hierarchae tamen locorum possunt, ex iusta causa, vetito tempore permittere sive ipsam nuptiarum celebrationem sive sollemnem earundem benedictionem, monitis sponsis ut a pompae apparatu abstineant.

Can. 98

§ 1. Matrimonium celebretur in ecclesia paroeciali; in alia autem ecclesia vel oratorio sive publico sive semi-publico celebrari non poterit, nisi cum licentia Hierarchae loci vel parochi.

§ 2. Hierarchae locorum iusta tantum ac rationabili de causa permittere possunt matrimonii celebrationem in aedibus privatis, non autem in ecclesiis vel oratoriis sive seminariis sive religiosarum, nisi urgente necessitate, et opportunis adhibitis cautelis.

CAPUT IX

De matrimonii effectibus

Can. 99

Ex valido matrimonio enascitur inter coniuges vinculum natura sua perpetuum et exclusivum; matrimonium praeterea christianum coniugibus non ponentibus obicem gratiam confert.

Can. 100

Utrique coniugi ab ipso matrimonii initio aequum ius et officium est quod attinet ad actus proprios conjugalis vitae.

Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenorum, a. 1872, tit. V, cap. VIII, II, 4; a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. III, § 22; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 7, n. 2.

Can. 97, § 2. — S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866: « *Unde nec uxorem* »; S. C. de Prop. Fide, decr. 6 oct. 1863, C, c. — Syn. Laodicen., a. 347-381, can. 52. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 9, II.

Can. 98. — Syn. Libanen. Maronitarum, a. 1736, pars II, cap. XI, 26; Syn. Zamosten. Ruthenorum, a. 1720, tit. III, § 8; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 12, n. V.

Can. 99. — Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16; Pius IV, const. *Iniunctum nobis*, 13 nov. 1564, Professio fidei Trident.; Gregorius XIII, const. *Sanctissimus*, a. 1575, *Professio fidei Graecis praescr.*; Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 5; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VIII, n. II; ep. *Nuper ad nos*, 16 mart. 1743, *Professio fidei Maronitis praescr.*; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880; Pius XI, litt. encycl. *Casti connubii*, 31 dec. 1930, III; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858. — Syn. Gangren., a. 340-376, can. 14; Syn. Carthagenen., a. 419, can. 105; Syn. Trullan., a. 691, can. 87, 93; S. Basilius M., can. 9, 46, 48, 77; Timotheus Alexandrin., interrog. 15.

Can. 101

Nisi iure speciali aliud cautum sit, uxor, quod attinet ad canonicos effectus, particeps efficitur status mariti.

Can. 102

Parentes gravissima obligatione tenentur proles educationem tum religiosam et moralem, tum physicam et civilem pro viribus curandi, et etiam temporali eorum bono providendi.

Can. 103

Legitimi sunt filii concepti aut nati ex matrimonio valido vel putativo.

Can. 104

§ 1. Pater is est quem iustae nuptiae demonstrant, nisi evidentibus argumentis contrarium probetur.

§ 2. Legitimi praesumuntur filii qui nati sunt saltem post centum octoginta dies a die celebrati matrimonii, vel intra tercentos dies a die dissolutae vitae coniugalis.

Can. 105

Per subsequens parentum matrimonium sive verum sive putativum, sive noviter contractum sive convalidatum, etiam non consummatum, legitima efficitur proles, dummodo parentes habiles exstiterint ad matrimonium inter se contrahendum tempore conceptionis, vel praegnationis vel nativitatis.

Can. 106

Filii legitimati per subsequens matrimonium, ad effectus canonicos quod attinet, in omnibus aequiparantur legitimis, nisi aliud expresse cautum fuerit.

Can. 102. — Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880; S. C. de Prop. Fide, decr. 13 apr. 1807, n. XX.

Can. 103. — C. 1, 3, 44 (45). 3; Nov., 74, 5, 1 et 6.

Can. 104. — C. 4, 19, 14; Nov., 117, 2.

Can. 105. — Nov. 89, 8, pr.

Can. 106. — C. 5, 27, 10 pr. et 3; Nov. 89, 8 pr.

CAPUT X

De separatione coniugum

ARTICULUS I

De dissolutione vinculi

Can. 107

Matrimonium validum, ratum et consummatum nulla humana potestate nullaque causa, praeterquam morte, dissolvi potest.

Can. 108

Matrimonium non consummatum inter baptizatos vel inter partem baptizatam et partem non baptizatam, dissolvitur tum ipso iure per maiorem seu sollemnem professionem religiosam, tum per dispensationem a Romano Pontifice ex iuxta causa concessam, utraque parte rogante vel alterutra, etsi altera sit invita.

Can. 109

§ 1. Legitimum inter non baptizatos matrimonium, licet consummatum, solvitur in favorem fidei ex privilegio Paulino.

§ 2. Hoc privilegium non obtinet in matrimonio inter partem baptizatam et partem non baptizatam inito cum dispensatione ab impedimento disparitatis cultus.

Can. 110

§ 1. Antequam coniux conversus et baptizatus novum matrimonium valide contrahat, debet, salvo praescripto can. 114, partem non baptizatam interpellare :

1° An velit et ipsa converti ac baptismum suscipere ;

2° An saltem velit secum cohabitare pacifice sine contumelia Creatoris.

§ 2. Hae interpellationes fieri semper debent, nisi Sedes Apostolica aliud declaraverit.

Can. 107. — Benedictus XII, a. 1341, prop. 102, Armenorum, damn. ; Clemens VIII, instr. *Sanctissimus*, 31 aug. 1595, § 5 : « *Matrimonia inter coniuges* » ; Leo XIII, ep. encycl. *Arcanum*, 10 febr. 1880 ; S. C. S. Off., instr. 1883 (ad Ep. Rituum Orient.), tit. V, art. IV ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

Can. 108. — Syn. Trident., sess. XXIV, de *matrimonio*, can. 6 ; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858.

Can. 109, § 1. — Benedictus XIV, ep. *Postremo mense*, 28 febr. 1747, § 58.

Can. 110, § 1. — Syn. Trullan., a. 691, can. 72.

Can. 111

§ 1. Interpellationes fiant regulariter, forma saltem summaria et extraiudiciali, de auctoritate Hierarchae coniugis conversi, a quo Hierarcha concedendae sunt quoque coniugi infideli, si quidem eas petierit, induciae ad deliberandum, eo tamen monito, fore ut, induciis inutiliter praeterlapsis, responsio praesumatur negativa.

§ 2. Interpellationes etiam privatim factae, ab ipsa parte conversa, valent, imo sunt etiam licitae, si forma superius praescripta servari nequeat; hoc tamen in casu de ipsis, pro foro externo, constare debet duobus saltem testibus vel alio legitimo probationis modo.

Can. 112

Si interpellationes ex declaratione Sedis Apostolicae omissae fuerint, aut si infidelis iisdem negando responderit expresse vel tacite, pars baptizata ius habet novas nuptias cum persona catholica contrahendi, nisi ipsa post baptismum dederit parti non baptizatae iustam discedendi causam.

Can. 113

Coniux fidelis, licet post susceptum baptismum denuo coniugaliter cum parte infideli vixerit, ius tamen novas celebrandi nuptias cum persona catholica non amittit, ideoque potest hoc iure uti, si coniux infidelis, mutata voluntate, postea discedat sine iusta causa, vel iam non cohabitaret pacifice sine contumelia Creatoris.

Can. 114

Ea quae matrimonium respiciunt in Constitutionibus Pauli III *Altitude*, 1 iunii 1537; S. Pii V *Romani Pontificis*, 2 augusti 1571; Gregorii XIII *Populis*, 25 ianuarii 1585, quaeque pro peculiaribus locis scripta sunt, ad alias quoque regiones in iisdem adiunctis extenduntur.

Can. 115

Vinculum prioris coniugii, in infidelitate contracti, tunc tantum solvitur, cum pars fidelis reapse novas nuptias valide iniverit.

Can. 116

In re dubia privilegium fidei gaudet favore iuris.

Can. 112. — Syn. Trullan., a. 691, can. 72.

Can. 115. — Benedictus XIV, ep. *Postremo mense*, 28 febr. 1747, § 58.

ARTICULUS II

De separatione tori, mensae et habitationis

Can. 117

Coniuges servare debent vitae coniugalis communionem, nisi iusta causa eos excuset.

Can. 118

§ 1. Propter coniugis adulterium, alter coniux, manente vinculo, ius habet solvendi, etiam in perpetuum, vitae communionem, nisi in crimen consenserit, aut eidem causam dederit, vel illud expresse aut tacite condonaverit, vel ipse quoque idem crimen commiserit.

§ 2. Tacita condonatio habetur, si coniux innocens, postquam de crimine adulterii certior factus est, cum altero coniuge sponte, maritali affectione, conversatus fuerit; maritalis autem affectio praesumitur, nisi sex intra menses coniugem adulterum expulerit vel dereliquerit, aut legitimam accusationem fecerit.

Can. 119

Coniux innocens, sive iudicis sententia sive propria auctoritate legitime discesserit, nulla unquam obligatione tenetur coniugem adulterum rursus admittendi ad vitae consortium; potest autem eundem admittere aut revocare, nisi ex ipsius consensu ille statum, matrimonio contrarium susceperit.

Can. 120

§ 1. 1^o Si alter coniux sectae acatholicae nomen dederit; si prolem acatholice educaverit; si vitam criminosam et ignominiosam ducat; si grave seu animae seu corporis periculum alteri facessat; si saevitiis vitam communem nimis difficilem reddat, haec aliaque id genus, sunt alteri coniugi totidem legitimae causae discedendi, auctoritate Hierarchae loci,

De separatione thori, mensae et habitationis. — Syn. Armen., a. 1911, 582, 583, 584; Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 4, *De coniugum cohabitatione et separatione*; Syn. prov. Alba-Iulien. et Fagarasien. Rumenum, a. 1882, tit. IV, sect. II, cap. VI, *Separatio a toro et mensa*; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 5, *De coniugatorum separatione*.

Can. 117. — Syn. Trident., sess. XXIV, *De matrimonio*, can. 8; Eugenius IV (in Syn. Florentin.) const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16; Benedictus XIV, ep. *Nuper ad nos*, 16 mart. 1743, *Professio fidei Maronitis praescr.*; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858. — Syn. Gangren., a. 340-376, can. 14.

Can. 118. — S. Basilius M., can. 21.

§ 1. — Syn. Trident., sess. XXIV, *De matrimonio*, can. 7; S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866: «*Quidquid mulier*»; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Exsultate Deo*, 22 nov. 1439, § 16; Benedictus XIV, ep. *Nuper ad Nos*, 16 mart. 1743, *Professio fidei Maronitis praescr.*; Pius IX, ep. *Verbis exprimere*, 15 aug. 1859; S. C. de Prop. Fide, instr. (ad Ep. Graeco-Rumen.), a. 1858; instr. 31 iul. 1902, n. 1 f. — S. Basilius M., can. 9.

Can. 120, § 1, 1^o. — Benedictus XIV, ep. *Nuper ad Nos*, 16 mart. 1743, *Professio fidei Maronitis praescr.* — Timotheus Alexandrin., interrog. 15.

et etiam propria auctoritate, si de iis certo constet et periculum sit in mora.

2° In omnibus his casibus, causa separationis cessante, vitae consuetudo restauranda est; sed si separatio ab Hierarcha pronuntiata fuerit ad certum incertumve tempus, coniux innocens ad id non obligatur, nisi ex decreto Hierarchae vel exacto tempore.

§ 2. Etiam coniux ab altero malitiose desertus obtinere potest decretum separationis ab Hierarcha loci ad certum incertumve tempus ad normam § 1, n. 2.

Can. 121

Instituta separatione, filii educandi sunt penes coniugem innocentem, et si alter coniugum sit acatholicus, penes coniugem catholicum, nisi in utroque casu Hierarcha pro ipsorum filiorum bono, salva semper eorundem catholica educatione, aliud decreverit.

CAPUT XI

De matrimonii convalidatione

ARTICULUS I

De convalidatione simplici

Can. 122

§ 1. Ad convalidandum matrimonium irritum ob impedimentum dirimens, requiritur ut cesset vel dispensetur impedimentum et consensum renovet saltem pars impedimenti conscia.

§ 2. Haec renovatio iure ecclesiastico requiritur ad validitatem etiamsi initio utraque pars consensum praestiterit nec postea revocaverit.

Can. 123

Renovatio consensus debet esse novus voluntatis actus in matrimonium quod constet ab initio nullum fuisse.

Can. 124

§ 1. Si impedimentum sit publicum, consensus ab utraque parte renovandus est forma iure praescripta.

De matrimonii convalidatione. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 7, *De matrimonii irriti revalidatione*; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 10, *De revalidatione matrimonii irriti*; Syn. prov. Alba-Iulien, et Fagarasien. Rumenorum, a. 1882, tit. IV, sect. I, cap. IV, § 46.

§ 2. Si sit occultum et utrique parti notum, satis est ut consensus ab utraque parte renovetur privatim et secreto.

§ 3. Si sit occultum et uni parti ignotum, satis est ut sola pars impedimenti conscia consensum privatim et secreto renovet, dummodo altera in consensu praestito perseveret.

Can. 125

§ 1. Matrimonium irritum ob defectum consensus convalidatur, si pars quae non consenserat, iam consentiat, dummodo consensus ab altera parte praestitus perseveret.

§ 2. Si defectus consensus fuerit mere internus, satis est ut pars quae non consenserat, interius consentiat.

§ 3. Si fuerit etiam externus, necesse est consensum etiam exterius manifestare, vel forma iure praescripta, si defectus fuerit publicus, vel alio modo privato et secreto, si fuerit occultus.

Can. 126

Matrimonium nullum ob defectum formae, ut validum fiat, contrahi denovo debet legitima forma.

ARTICULUS II

De sanatione in radice

Can. 127

§ 1. Matrimonii in radice sanatio est eiusdem convalidatio, secumferens, praeter dispensationem vel cessationem impedimenti, dispensationem a lege de renovando consensu, et retrotractionem, per fictionem iuris, circa effectus canonicos, ad praeteritum.

§ 2. Convalidatio fit a momento concessionis gratiae; retrotractio vero intelligitur facta ad matrimonii initium, nisi aliud expresse caveatur.

§ 3. Dispensatio a lege de renovando consensu concedi potest etiam insciis partibus.

Can. 128

§ 1. Quodlibet matrimonium initum cum utriusque partis consensu natura sua sufficiente, sed, ad ius quod attinet, inefficaci ob dirimens impedimentum iuris ecclesiastici vel ob defectum legitimae formae, potest in radice sanari, dummodo consensus perseveret.

§ 2. Matrimonium vero contractum cum impedimento iuris naturalis vel divini, etiamsi postea impedimentum cessaverit, Ecclesia non sanat in radice, ne a momento quidem cessationis impedimenti.

De sanatione in radice. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 7, 5; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 10, n. 5.

Can. 129

§ 1. Si in utraque vel alterutra parte deficiat consensus, matrimonium nequit sanari in radice, sive consensus ab initio defuerit, sive ab initio praestitus, postea fuerit revocatus.

§ 2. Quod si consensus ab initio quidem defuerit, sed postea praestitus fuerit, sanatio concedi potest a momento praestiti consensus.

Can. 130

§ 1. Sanatio in radice concedi unice potest ab Apostolica Sede, firmo praescripto § 2.

§ 2. Patriarcha potitur facultate concedendi sanationem in radice si validitati matrimonii obstat tantum defectus formae celebrationis vel impedimentum a quo ipse dispensare potest¹.

CAPUT XII

De secundis nuptiis

Can. 131

Licet casta viduitas honorabilior sit, secundae tamen et ulteriore nuptiae validae et licitae sunt, firmo praescripto can. 59, § 2.

Nos autem per Apostolicas has Litteras motu proprio datas supra recensitos canones promulgamus eisdemque vim legis christifidelibus Ecclesiae Orientalis tribuimus, ubique terrarum hi sunt et tametsi Praelato diversi ritus sunt subiecti. Simulac per Apostolicas has Litteras huiusmodi canones vigere coeperint, sua destituentur vi quodlibet statutum, sive generale sive particulare vel speciale, etiam latum a Synodis speciali forma adprobatis, quaelibet praescriptio et consuetudo adhuc vicens, sive generalis, sive particularis ita ut disciplina sacramenti matrimonii unice iisdem canonibus regatur, neque amplius ius particulare iis contrarium vigorem habeat nisi quando et quantum in iis admittatur.

Can. 131. — S. Nicolaus I, litt. *Ad consulta vestra*, a. 866: « *Iam vero* »; Innocentius IV, ep. *Sub catholicae*, 6 mart. 1254, § 3, n. 20; Professio fidei (in Syn. Lugdunen. II) a Michaele Palaeologo Gregorio X oblata, a. 1274; Iohannes XXII, ep. *Salvator noster*, 29 apr. 1319 regi Armeniae; Benedictus XII, a. 1341, prop. 49, Armenorum, damn.; Eugenius IV (in Syn. Florentin.), const. *Cantate Domino*, 4 febr. 1441, § 26; Benedictus XIV, const. *Etsi pastoralis*, 26 maii 1742, § VIII, n. III; instr. *Eo quamvis tempore*, 4 maii 1745, § 29. — Syn. Neocaesariensis, a. 314-325, can. 3; Syn. Laodicen., a. 347-381, can. 1; S. Basilius M., can. 4, 41, 50, 87; S. Nicephorus CP., can. 144, 153. — Syn. Alexandrin. Coptorum, a. 1898, sect. II, cap. III, art. VIII, § 3, 3, 4; Syn. Sciarfen. Syrorum, a. 1888, cap. V, art. XV, § 6.

¹ Cfr. Pius XII, litt. apost. *Oleri sanctitati*, Motu Proprio datae, 2 iun. 1957, can. 267.

Ut autem huius Nostrae voluntatis notitia tempestive ad omnes, quorum res interest, perveniat, volumus et constituimus, ut Apostolicae hae Litterae motu proprio datae a die secundo mensis Maii an. MCMXXXIX festo S. Athanasii, Pontificis et Doctoris, executionem suscipere incipiant, quibuslibet contrariis non obstantibus, etiam peculiarissima mentione dignis.

Datum Romae apud S. Petrum, die XXII mensis Februarii, in festo Cathedrae S. Petri in Antiochia, anno MCMXXXIX, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

DOCUMENTA

Ex Constitutione Pauli Pp. III "Altitudo,, I Iunii 1537

..... Sane cum sicut, non sine grandi et spirituali mentis nostrae laetitia, accepimus, quamplures incolae occidentalis et meridionalis Indiae, licet divinae sint legis expertes, S. Spiritu tamen cooperante, illustrati, errores, quos hactenus observarunt, penitus ab eorum mentibus et cordibus abiecerint, ac fidei catholicae veritatem et S. Ecclesiae unitatem amplecti, et secundum ritum eiusdem Romanae Ecclesiae vivere desiderent et proponant.... Super eorum vero matrimoniis hoc observandum decernimus, ut qui ante conversionem plures iuxta eorum mores habebant uxores, et non recordantur quam primo acceperint, conversi ad fidem, unam ex illis accipiant, quam voluerint, ut cum ea matrimonium contrahant per verba de praesenti, ut moris est; qui vero recordantur quam primo acceperint, aliis dimissis, eam retineant. Ac eis concedimus, ut coniuncti etiam in tertio gradu tam consanguineitatis, quam affinitatis, non excludantur a matrimoniis contrahendis donec huic S. Sedi super hoc aliud visum fuerit statuendum....

Constitutio S. Pii Pp. V "Romani Pontificis,, 2 Augusti 1571

Romani Pontificis aequa et circumspecta providentia, ne ea quae pro salubri Indorum noviter ad fidem conversorum directione sanciri debent et terminari, alicuius haesitationis scrupulo subiaceant, declarationibus et aliis opportunis consuevit providere remediis. Cum itaque, sicut accepimus, Indis in sua infidelitate manentibus plures permittantur uxores, quas ipsi etiam levissimis de causis repudiant, hinc factum est quod recipientibus baptismum permissum sit permanere cum ea uxore, quae simul cum marito baptizata existit; et quia saepenumero contigit illam non esse primam coniugem, unde tam ministri quam Episcopi gravissimis scrupulis torquentur, existimantes illud non esse verum matrimonium; sed quia durissimum esset separare eos ab uxoribus, cum quibus ipsi Indi baptismum susceperunt, maxime quia difficillimum foret primam coniugem reperire: ideo Nos, statui dictorum Indorum paterno affectu benigne consulere, atque ipsos Episcopos et ministros ab huiusmodi scrupulis eximere volentes, motu proprio et ex certa scientia Nostra, ac apostolicae potestatis plenitudine, ut Indi, sic ut praemittitur baptizati, et in futurum baptizandi, cum uxore, quae cum ipsis fuerit baptizata et baptizabitur, remanere valeant, tanquam cum uxore legitima, aliis dimissis, apostolica auctoritate, tenore praesentium, declaramus, matrimoniumque huiusmodi inter eos legitime consistere, etc.

Constitutio Gregorii Pp. XIII "Populis,, 25 Ianuarii 1585

Populis ac nationibus nuper ex gentilitatis errore ad fidem catholicam conversis expedit indulgere circa libertatem contrahendi matrimonia, ne homines, continentiae servandae minime assueti, propterea minus libenter in fide persistent, et alios illorum exemplo ab eius perceptione deterreant. Quoniam igitur saepe contingit multos utriusque sed praecipue virilis sexus infideles, post contracta gentili ritu matrimonia, ex Angola, Aethiopia, Brasilia, et aliis Indicis regionibus, ab hostibus captos, a patriis finibus et propriis coniugibus in remotissimas regiones exterminari, adeo ut tam ipsi, captivique qui in patria remanent, si postea ad fidem convertantur, coniuges infideles tam longo locorum intervallo disiunctos, an sine contumelia Creatoris secum cohabitare velint, ut par est, monere nequant, vel quia interdum ad hostiles et barbaras provincias ne nuntiis quidem accessus pateat, vel quia ignorent prorsus in quas regiones fuerint transvecti, vel quia itineris longitudo magnam afferat difficultatem: ideo Nos, attendentes huiusmodi connubia inter infideles contracta, vera quidem, non tamen adeo rata censi, ut necessitate suadente dissolvi non possint, talium gentium infirmitatem paterna pietate miserati, universis et singulis dictorum locorum Ordinariis et parochis, et presbyteris Societatis Iesu ad confessiones audiendas ab eiusdem Societatis Superioribus approbatis et ad dictas regiones pro tempore missis vel in illis admissis, plenam auctoritate Apostolica, tenore praesentium, concedimus facultatem dispensandi cum quibuscumque utriusque sexus Christifidelibus incolis dictarum regionum et serius ad fidem conversis qui ante baptismum susceptum matrimonium contraxerunt, ut eorum quilibet, superstite coniuge infideli, et eius consensu minime requisito, aut responso non expectato, matrimonia cum quovis fidei alterius etiam ritus contrahere et in facie Ecclesiae solemnizare, et in eis postea carnali copula consummatis quoad vixerint remanere licite valeant: dummodo constet etiam summarie et extrajudicialiter, coniugem, ut praefertur, absentem moneri legitime non posse, aut monitum intra tempus in eadem monitione praefixum suam voluntatem non significasse; quae quidem matrimonia, etiamsi postea innotuerit coniuges priores infideles suam voluntatem iuste impeditos declarare non potuisse, et ad fidem etiam tempore transacti secundi matrimonii conversos fuisse, nihilominus rescindi nunquam debere, sed valida et firma, prolemque inde suscipiendam legitimam fore decernimus. Non obstantibus, etc.